uerit ſe velle, eum iure ſuo cecidiſſe, fructus perceperit; an ad reſtitutionem eorum teneatur? Et teneri, plerique affirmarũt: Speculator in titulo de emphyteuſ. quæſtione 10. numero 19. Baldus in l. ſi pater, 5. in 3. notab. C. de vſufruct. Iaſon in l. 2. numero 17. Cod. de iur. emph. Angelus in Nouell. 7. capit. ſeptimo. Felin. in cap. de quarta, num. 33. extr. de præſcript. Cępolla in conſil. ciuil. 25. num. 7 Ripa in l. 1. §. ſi hæres, 16. nu. 16. ff. ad S. C. Trebellian. Gulielm. Redoan. in tract. de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt. 19. cap. 2. num. 12. pag. 441. & Tiraquell. in repetit. l. ſi vnquam. 8. in verb. reuertatur, num. 271. C. de reuoc. donat. Sed contrarium tenuerunt Rota Bononienſis, Petrus de Beninten. deciſ. 37. Corbul. in tract. de iur. emph. cap. 15. ampl. 38. nu. 2. Minſinger. cent. 6. obſer. 83. nu. 5. Fachineus libro primo controuerſ. iur. cap. 94. verſ. verum re maturius, &c. Hedeman. diſput. 17. propoſ. 61. & Banſouius diſput. de iur. emphyt. theſ. 45. Quorum ſententiam, vtpote (teſte Minſing. dicto loco) ſaniorem, & æquitati magis cõſentaneam, atque poſt multam diſputationem in Camera Imperiali obtentam, & ego omnino
2 ſequendam cenſeo. Quia † clariſſimi iuris eſt, fructus ſpectare ad eum, qui rei eſt dominus, l. ex diuerſo, 35. §. 1. & l. ſolum 49. §. 1. ff de rei vendi. Aſt antequam dominus declaret, ſe velle eſſe locum caducitati, emphyteuta iure ſuo non eſt priuatus, ſed dominium rei retinet, l. 2. C. de iur. emph. vbi ſancitur expreſſe, emphyteutam cadere iure ſuo ob canonem non ſolutum, ſi dominus voluerit. Ergo antequam dominus velit, cadere non dicitur. Illa ſiquidem verba (ſi dominus voluerit) conditionem
3 important. Priuſquam autem † conditio eueniat, actus ſub conditione factus, non habet effectum, leg. cedere diem, 213. ff. de verborum ſignif. legata ſub conditione 41. ff. de condit. & demonſtrat. Quapropter cum fructus ad ipſum emph. pertineant, eos reſtituere non eſt obligatus.

4 Non obſtat huic concluſioni, quod † malæ fidei poſſeſſor fructus non faciat ſuos, ſed omnes reſtituere teneatur, l. fructus 23. l. ſi nauis, 62. §. vltim. ff. de rei vendicat. l. domum. 5. l. ſi fundum, 17. & l. certum. 22. Codice eodem. §. ſi quis à domino. 35. Inſtitut. de rerum diuiſion. &c. Emphyteuta autem, poſteaquam iure ſuo cecidit, malæ fidei poſſeſſor cenſeatur. Nã reſpondetur per inficiationem: quoniam emphyteutã eſſe malæ fidei poſſeſſorem ex eo tempore, quo in ſolutione ceſſauit, nequaquam conceditur: cum iure ſuo priuatus non dicatur, niſi dominus voluerit. Igitur ante domini declatationem non eſt priuatus: & ſic bonæ fidei eſſe intelligitur: quia probabiliter credere poteſt, dominum ipſi pœnam remittere velle.

5 Similiter † non aduerſatur, quod vſufructuarius ad fructuum, quos finito vſufructu percepit, reſtitutionem teneatur, l. ſi pater, 5. Codice de vſufructu. Quandoquidem noſtro in caſu ius emphyteuticum ex ſola ceſſatione in ſolutione, finitum, & extinctum eſſe, prorſus negatur. Reliqua, quæ huic refragari aſſertioni videntur, refutaui in §. adeò autem, 3. Inſtitut. de locat. & conduct. numero 539. & ſequent. Eadem diluit accuratè Fachineus dicto libro primo controuerſ. iur. capit. 94. *Harprec.*

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuſis an tranſeat ad extraneos hæredes.*
2 *Et quid ſi conceſſa ſit nulla temporis præfinitione adiecta.*
3 *Et quid ſi conceſſa ſit vſque ad certam generationem.*
4 *Et quid ſi conceſſa ſit in perpetuum pro ſe, & filijs*
5 *Et quid ſi conceſſa ſit expreſſe etiam pro extraneis hæredibus.*
6 *Et quid ſi conceſſa ſit ſimpliciter pro ſe, & hæredibns.*
7 *Et an emphyteuſis eccleſiaſtica de ſui natura ſit tranſitoria ad extraneos hæredes.*
8 *Et quid ſi tempore conceſſionis non conſtabat bona eſſe eccleſiæ*
9 *Et quid ſi emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa ſit pro ſe, & hæredibus quibuſcunque.*
10 *Et quid ſi ſit conceſſa pro ſe, & quibus dederit.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ſimpliciter alicui data, ad quos hæredes tranſeat.*
2 *An emphyteuſis accleſiaſtica Titio, eiuſque hæredibus ſimpliciter conceſſa, etiam ad extraneos Titij hæredes deſcendat.*
3 *Heredis nomẽ generale, extraneos quoq; hæredes complectitur.*
4 *Paciſcens, quibuſcunq; hæredibus ſuis paciſci intelligitur.*
5 *Seruatis debitis ſolemnitatibus, res eccleſiaſtica licite alienatur.*
6 *Genuina emphyteuſeos eccleſiaſtica natura.*
7 *Quæuis emphyteuſis ſui natura eſt perpetua.*
8 *Explicatio, & intellectus Nouella 7. c. 3.*
9 *Naturalia cuiuſque rei per ſe ineſſe creduntur.*
10 *Emphyteuſis eccleſiaſtica alicui in perpetuum concedi poteſt.*
11 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad extraneos hæredes trãſit, ſi data ſit Titio, & quibuſcunque eius hæredibus.*
12 *Particula* (quibuſcunque) *omnes omnino comprehendit.*
13 *Et quid, ſi in conceſſione dictam fuit,* pro te, & hæredibus, & quibus dederis.

ADDITIONES. QVÆST. XXXVIII.

a *Tranſibit ergo huiuſmodi emphyteuſ. proculdubio ad Filios, &c.]*
1 Quando emphyteuſis eccleſiaſtica ſimpliciter data eſt alicui, nulla nec filiorum, nec hæredum facta mentione: eam ad filios, & nepotes tantum tranſire (niſi aliud conſuetudine, & moribus obtentum fuerit) poſt plures à ſe citatos, tradit Alexander Trentacinquius variarum reſolutionum, libro tertio, de iur. emphyteut. numero ſexto. Sed hac de re vide, quæ notaui ad §. adeò autem, 3. numero 173. Inſtitut. de loc. & cõduct. vbi oſtendi, hanc opinionem, quamuis communem, ſubſiſtere neutiquã poſſe. *Harpr.* *Non*

b *Non tranſeat ad extraneos hæredes.]* Et de iſta cõmuni dixi plene in collect. mea com. opin. in verb. emphyt. n. 2. vbi etiã limitaui. *Giach.*

c *Tertiam.]* Verũ emphyteuſis Eccleſiaſtic. non poteſt concedi vltra tertiã generationẽ, quod fallit, ũ concederetur alteri Eccleſiæ. Ruin. conſ. 110. Item Item quando concederetur ciuitati. Item quando ex cauſa, quæ eſſet vtilis Eccleſiæ? de iſtis duabus limitat. vide per Anchar. conſ. vlt. *Giach.*

d *Vſque ad certum annorum numerum.]* Et hic ſcias, quod emphyt. habẽs vſq; ad tẽpus mortis duraturã, ſi eã alteri legat, legatario ſecũdũ communem nihil debetur, vt atteſtatur Roſ. conſ. 71. nu. 19. vol. 2. & dixi in collect. mea communn. opin. in verb. emphy. num. 14. *Giach.*

e *Quando emphyteuſis eſt ſimpliciter conceſſa pro*
2 *ſe, & hæredibus.]* Nũ rei eccleſiaſ. emphyt. (ſiquidẽ de emphyteuſi ciuili minimè dubitatur, aut cõtrouertitur) Vitio, eiuſq; hæredib. ſimpliciter conceſſa, non tantũ ad deſcẽdentes, ſed & extraneos Titij hæredes deuoluatur, multum controuerſa Quæſtio eſt? Et licet negatiuam ſententiam ſequantur plerique omnes, quos coaceruauit hic Clarus noſter, & Trentacinquius dicta reſolut. 3. numero nono, affirmatiuam tamen ego cnm eodem Claro hic in fine, Corneo conſ. 131. num. 13. & conſil. 172. num. 17. uolum. 2. Socino iunior. conſil. 124. col. fin. volu. 1. Natta conſ. 117. vol. 1. & Couarruuias lib. 2. variar. reſolut. capit. 17. nu. 5. verſic. quarta concluſio, & c. in pũcto iuris veriorem eſſe cenſeo. Tum
3 quia † hæredis nomen generale eſt, etiam extraneos hæredes continens, per princip. & §. in extraneis, 4. Inſtitut. de hæred. qualit. & different. Tum
4 quia † generaliter is, qui paciſcitur quibuſcumque ſuis Hæredibus, atque adeò etiam extraneis, paciſci intelligitur, tametſi eorum nullam mentionem faciat, leg. iuriſgentium, 7. §. pactorum, 8. & l. tale pactum, 40. in princ.

1 *QVæro, nunquid emphyteuſis tranſeat ad extraneos hæredes? Hæc eſt intricata, & ardua Quæſtio, in qua Doctor. adeò varie loquuntur, vt veritas vix diſcerni poſsit. Tu igitur pro intelligentia. terminorum debes præſupponere, quod quatuor modis poteſt aliqua res in emphyteuſin concedi. Primo quidem ſimpliciter, id eſt nulla temporis præfinitione adiecta, puta; concedo tibi hãc rem in emphyteuſin. Et hoc caſu tenendum eſt, quod talis emphyteuſis, (quam nonulli appellant informem) tranſeat ad filios, ſeu deſcendentes recipientis, etiam quod de illis in conceſſione nulla mentio facta ſit: cenſetur enim facta conceſsio, non ſolum pro ipſo recipiente, ſed etiam pro illis hæredibus, qui ex natura emphyteuſis ſuccedere ſolent. Et ita tenuit Pet. de Bellaper. in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de leg. 1. cuius opin. dicit eſſe communẽ, Iaſ. in d. §. ſi qnis alicui, nu. 9. qui licet loquatur in emphyteuſi cõceſſa à Papa, vel Principe, idem tamen dicendũ eſſet in conceſsa a quolibet priuato, & etiã ab eccleſia, modo cõceſſio ſit legitimè facta: ſẽper enim in dubio cõceſſio debet potius cenſeri realis, quam perſonalis, niſi aliter de mente contrahentium appareat. Faciunt, quæ dixi infra hoc eodem lib. §. feudum, q. 9. verſ. Sed quid dicendũ. Trã-*
a *ſibit* [a] *ergo huiuſmodi emphyteuſis proculdubio ad filios, ſiue ad deſcendentes ipſius recipientis, & hoc ſiue conceſsa ſit à laico, ſiue ab Eccleſia. Ad extraneos autem tranſibit, ſi ſit conceſſa a laico, ſed ſi conceſsa ſit ab Eccleſia, tranſibit ſolummodo ad filios, & deſcendentes. Et hoc omnes fatẽtur, vt dicit Gozadinus conſ. 75. poſt num. 9. Quę quidem concluſio modicam habet difficultatem, tenendo illam opinionem, quod emphyteuſis Eccleſiaſtic. de ſui natura non tranſeat ad extra-*
b *extraneo* [b] *hæredes, de quo infra late dicemus. Bene verum eſt, quod de ſtricto iure forte verior eſt opin. quod emphyteuſis eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa, nulla facta mentione filiorum, nec hæredũ, finitur in perſona accipientis, vt eſt text. rotund. in §. emphyteuſi. in Authent. de non alien. ſed in practica nõ recedas à communi.*

2 *Secundo modo poteſt res in emphyteuſin concedi vſq; ad certam generationem, pu-*
c *ta ſecundam, tertiam,* [c] *vel quartam, & hoc caſu cum certa ſit diſpoſitio, non eſt tractandum, an tranſeat ad extraneos hæredes, ex quo ſolũmodo ex tenore conceſſinois, vel inueſtituræ ſunt vocati deſcendentes recipientis, vſqne ad generationem expreſſam in ipſa conceſſioue: & hoc indiſtinctè procedit, ſiue emphyteuſis ſit conceſſa à Principe, ſiue eccleſia, ſiue priuato. Quomodo autem lntelligatur ſecnnda, vel tertia generatio, dixi infra q. 34.*

3 *Tertio modo concedi poteſt emphyteuſis, vſque ad certũ*
d *annorum* [d] *numerum, puta, ad viginti, vel triginta annos, &c. Et hoc cvſu ſi quæratur, an tranſeat ad extraneos hæredes, dicendum eſt, quod ſic, vſque ad illum numerũ annorum præfinitum: et hoc proculdubio procedit in emphyteuſi conceſſa à priuato; ſed in emphyteuſi eccleſiaſtica, ſi nulla eſſet facta mentio hæredum extraneorum, de ſtricto iure idem fortè dicendum eſſet, quod ſupra dictum eſt, quã do emphyteuſis conceſſa eſt nulla temporibus præfinitione adiecta: ę quius tamẽ, et tutius eſt tenere, ꝙ vſq; ad illũ num. annorũ trãſeat in quoſcũque.*

Quarto modo poteſt cõcedi emphyteuſ. in perpetuũ: & in hoc art. pro clariori intelligẽtia diſtinguẽdi ſũt tres caſus.

4 *Primus caſus eſt, quando emphyteuſis perpetua conceſſa eſt expreſsè pro ſe, et filijs, & hoc caſu nulla eſt difficultas, hæc enim ſolũmodo tranſit ad deſcendẽtes, iuxta tenorem ipſius conceſſionis, non autem tranſit ad extraneos, neque facio differentiã, an conceſſa ſit pro ſe, & filijs, an autem pro ſe, & filijs, & hæredibus, quia licet illa qualitas (hęredibus) adiecto verbo (filij) operctur, quod emphyteuſis non poteſt tranſire ad filios niſi etiam ſint hæredes recipientis, vt dixi infra q. 37. tamen quantum ad hoc propoſitum, de quo in præſentia tractamus, paria ſunt, vel quod conceſſa ſit pro ſe, & filijs, vel pro ſe, & filijs, & hæredibus, vel pro ſe, & deſcendentibus, & hęredibus, vel huiuſmodi; nam ijs omnibus caſibus nunquam tranſit ad extraneos hæredes: & hoc indiſtinctè locũ habet tam in emphyteuſi conceſſa, quàm ab Eccleſia. Et ita puto tenendnm eſse, licet nonnulli teneant contrarium.*

5 *Secundus eſt caſus, quando emphyteuſis perpetua cõceſſa eſt expreſsè etiam pro hæredibus extraneis, puta, quia in inueſtitura, ſeu cõceſſione dictũ ſit, pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, vel pro ſe, & hæredibus, & quibus dederit. Nã ex proprietate huiuſmodi verborũ veniunt etiam extranei hæredes, vt in ſimili dixi infra hoc eod. lib. §. feudum, q. 9. verſ. Hoc præmiſſo. Et in hoc quidem diſtinguendum eſt, inter emphyt. conceſſam à priuato, vel conceſſam ab Eccleſia. Nam ſi eſt conceſſa à priuato, proculdubio tranſit ad quoſcunque hæredes, etiã extraneos, ex tenore ipſius inueſtiturę. Si vero eſt conceſſa ab eccleſia, tunc aut agitur de noua conceſſione; quia ſcilicet huiuſmodi res non erat ſolita concedi in emphyteuſin, et tunc ſi debitæ ſolẽnitates requiſitę in alienatione rei eccleſiaſti. ex diſpoſitione c. ſine exceptione, 12. q. 2. interueniant in tali cõceſſione, proculdubio poterit talis conceſſio fieri ẽt pro hæredibus extraneis, vt dixi ſupra q. 6. nerſ. Sed nunquid. et ideò etiã ad ipſos transibit, ut dixi infra verſ. Sed quęro. Si enim potuiſſet ipſa res in totum alienari, ſubsiſtente cauſa legitima, et debitis ſolemnitatibus interuenientibus, vt dixi infra §. emptio. multo magis potuit cõ cedi in emphyteuſin ẽt pro extraneis hæredib. & ſic alienari ſolũmodo reſpectu vtilis dominij: & hoc iudicio meo nullã habet diffilcultatẽ: ſi vero debitæ ſolẽnitates non interueniant conceſſio eſt ipſo iure nulla. Et ideò ſuperfluum eſt tractare, nũquid tranſeat ad extrancos, quia non valet, neque etiã in perſona ipſius recipientis.*

Aut voro erat ſolita concedi in emphyteuſin, quo caſu quãdo propter ceſſationem, alienationẽ, vel deteriorationẽ, vel aliter finita eſt emphyteuſis, & ſic res ipſa eſt Eccleſiã reuerſa, põt prælatus, etiã debitis ſolẽnitatibus nõ interueniẽtibus, illã in emphyteuſin iterũ concedere: & tunc, aut nõ erat ſolita cõcedi pro extraneis: & ſiquidẽ interuenerũt debitæ ſolẽnitates, & legitima cauſa, valet conceſſio etiã in extraneos, vt ſupra ſæpius dixi. Si vero non interuenerunt, nulli dubium eſt, quod non poteſt in hac renouatione concedi ita vt tranſeat ad extraneos. Nam prælatus nõ poteſt in huiuſmodi reuocatione alterare formam, ſecundum res ipſa ſolita eſt in emphyteuſin concedi, & ſi id faciat, vitiatur conceſſio, ſaltem quatenus forma ſolita exceſſe eſt, vt dixi ſupra in d. q. 6. verſ. Scias tamen. Aut verò erat ſolita concedi etiam pro extraneis hæredibus, & hoc caſu ſiquidẽ interueniant debitæ ſolemnitates, poteſt iterum concedi etiam pro extraneis: militat enim eadem, imò fortior ratio, quæ in proximo caſu. Vbi verò non interueniręt debitæ ſolẽnitates, mihi magis placet, quod non poſſit concedi niſi pro deſcẽdentibus recipientis, non autem pro extraneis, ad quod videnda ſunt ea, quæ dixi infra verſ. Præterea poſſet.

Tertius eſt caſus, quando Emphyteuſ. eſt ſimpliciter conceſſa pro ſe, & hæredibus: & hoc caſu pariter eſt diſtinguẽdum inter Emphyteuſ. conceſſam à priuato, & Emphyteuſin ab Eccleſia. Nam ſiquidẽ eſt conceſſa à Laico, tranſit in hæredẽ extraneum, & poteſt cuicunque legari, & donari, etiã irrequiſito domino; & ita communiter tenetur, vt dicit Cald. conſ. 6. ſub Rubrica de locato. Hanc etiam con-

princ.ff.de pact. l.ſi pactũ, 9.ff.de probat.l.ſicut re, 8. §.ſi debitori, 16. ff. quibus mod.pign.vel hypoth. ſoluit.l.veteris, 13.C.de contrahe.& commit. ſtipulat.
5 Tum quia † ſi ſeruatis debitis ſolemnitatibus res Eccleſiaſtica, quoad vtile, & directum dominium, alienari poteſt, ſicque alienata ad extraneos hæredes trãſit, cap.ſine exception. 12. q.2. argu. cap.1.2.& 3. de his, quæ ſunt a prælat. cur non etiam Emphyteuſis eccleſiaſtic. Titio, eiuſque hæredibus conceſſa, ad extraneos hæredes deriuaretur, ſi Titius nullos deſcendentes reliquerit? Nec ob-
6 ſtat, quod vulgo † obijcitur emphyteuſeos eccleſiaſticæ hanc eſſe genuinam naturam, vt ad tertiam ſolummodo generationem, non autem extraneos hæredes porrigatur. Nouell. 7. capit.3. in princip. Nam cõtrarium verius eſſe opinor: quod videlicet Emphyteuſis eccleſiaſtica, inſpecta ſua natura, ad quoſcunque hæredes tranſeat.
7 Quælibet † enim emphyteuſis regulariter ſui natura intelligitur eſſe perpetua, atque ita ad quoſuis hæredes tranſitoria, l.1. in principio, vbi Baldus, & Angelus. ff. ſi ager vectigalis, ideſt, emphyteut. pec. Iaſon in l. 2. numero 160. C. de iur. emphyteuti. Socinus ſen. conſil. 50. nu. 15. lib.4. Ruin. conſil.3. num. 18. & conſ.160. nume. 10. lib.1. & conſ. 151. nu. 14. lib.4. Balb. in tract. de pręſcriptionib. in 1. parte tertiæ partis princip. quæſtio. 10 num. 35. Alciat. in tractat. de præſumpt. regul.2. præſumptio. vltim. hoſque referens, & ſequens Menochius de præſumptionibus libro 3. præſumpt. 107. num.7. & ſequẽtib. A qua regula cum Emphyteuſis eccleſiaſtica excepta non inueniatur: merito illi ſtãdum, & adhærendum eſt, iuxta leg. omnis definitio, 202. ff. de regul. iur. ibique Cagnol. nume. 57. Neque
8 obeſt † dict. Nouell. ſeptima, capit.3. Etenim quod ibi emphyteuſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non defertur, non ſit ſecundum, ſed potius contra naturã emphyteuſeos eccleſiaſticę. Eſt ſiquidem hoc introductum ex pro-

cluſionem dicit eſſe communem Alex. in l. ſi patroni, in fin. ff. ad Trebel. quem refert, & ſequitur Gigas de crimin. læſ. Maieſt. lib. 2. in Rubrica de pęnis, quęſt. 6. numero 6. Idem etiam dicit Alex. in l. quod dicitur, nume. 26. ff. de verb. oblig. quem refert Socin. iun. conſ. 59. nu. 8. lib.2. & in hoc nulla eſt inter Doctorum controuerſia. Punctus eſt quid in emphyteuſi Eccleſiaſtica? multi enim tenuerunt, quod illa ad extraneos
f *hęredes* f *non tranſeat, licet ſimpliciter pro ſe, & heredibus conceſſa ſit. Fundamentũ autem iſtius opi. eſt, quia licet verbum, Heredibus, de ſui proprietate comprehẽdat tam extraneos hæredes, quam deſcendentes, tamen (vt ipſi pręſupponunt, regulariter emphyteuſis, Eccleſiaſtica de ſui natura non tranſit niſi ad deſcendentes, non autem ad extraneos hæredes, ſecundum opin. quam dicit eſſe magis communem Imola in l. ex facto, numero 14. in fin. ff. de hæred. inſtit. quem refert, & ſequitur Ruin. conſ. 23. numero 34. lib.5. & conſ. 68. num. 10. eod. vol. Alex. conſil. 25. nu. 4. lib. 1. & conſ. 9. lib.2. & conſ. 38. nu.4. eod. vol. & conſ. 89. nu.1. lib. 4. & conſ. 21. num. 11. lib. 5. & conſil. 22. num. 5. eod. volum. & cõſil. 129. nu. 1. eod. volum. & in d. l. ſi patroni, in princip. num. 6 ff. ad Trebel. quem refert Apoſtil. ad Corſet. in verbo. contractus, in ſingul. incip. Contractus. Socin. conſilio 121. nu. 18. lib.4. quem refert Gratus conſil. 55. nu. 8. lib. 1. Ruin. conſ. 48. num. 10. lib.1. & conſ. 117. nu.1. eod. volum. & conſ. 148. num.4. eod. vol. & conſ. 161. nu.6. eod. vol. & conſ. 162. num. 11. eod. vol. & conſ. 168. num. 2. eod. vol. & conſ. 24. numero 12. lib. 5. & conſ. 25. num. 12. eod. volum. Ripa in l. cum bona. num. 14. ff. du priuileg. credit. Gozad. conſ. 75. num. 9. Rimin. conſ. 437. numero 3. Et ideò ſecundum ipſos illud verbum, pro ſe, & hæredibus, poſitum in conceſſione, vel inueſtitura, ratione ſubiectæ materiæ debet intelligi ſolummodo de deſcendentibus; non autem extraneis. Regulariter enim, in quacunque materia, quæ de ſui natura non eſt tranſitoria ad extraneos, appallatione hæredum non veniunt extranei, ſecundum communẽ opin. de qua atteſtatur Dec. in dict. conſilio 171. numero 2. Faciunt, quæ in ſimili dicunt Doctores de feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus, vt dixi in allegato. §. feudum, q. 83. in fi.*

Et in ſpecie, quod emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter accepta pro ſe, & hæredibus, tranſeat ſolũmodo ad deſcendentes, non autem ad extraneos hæredes, vltra præallegatos DD. dicit eſſe communem ſententiam Comen. conſ. 57. nu. 1. & ſeq. quem refert, & idem affirmat Gozad. conſ. 39. nu.6. & ſeq. Antonius Oldon. inter conſ. Raph. Comen. conſ. 11. n.1. Alex. conſ. 56. n. 3. lib.2. & conſ. 83. n.1. lib.7. & in l. quędã. §. nihil intereſt. n.6. de edẽdo. & in l. etiã poſt n.3. ff. ſol. matr. prout illũ refert Soc. iun. conſ. 11. nu.1. lib. 3. Bologn. conſ. 84. in 1. dubio. Barb. conſ. 63. quaſi per totũ conſ. lib. 1. Dec. in c. in præſentia, poſt nu. 48. verſ. Ex ſupra dictis de probat. quẽ refert Berous ibi, nu. 386. Bertrã. conſ. 173. num. 47. lib.3. in 2. parte. Afflict. decif. 100. num. 1. vbi etiam dicit ita fuiße iudicatũ in illo ſacro conſilio, quia in illa conceſſione emphyteutica non interuenerunt debitæ ſolemnitates, quod not. Rubeus in l. Gallus. §. quidã recte. nu. 192. & ſeq. ff. de liber. & poſthu. Pariſ. in d.c. in preſentia, nu. 104. Berous q. 19. n.1. & ſeq. Et dicit Socin. iun. cõſ. 71. nu.3. lib. 1. ꝙ ita communiter determinatur. Dicit etiã Imola in c. potuit, nu. 14. circa finem de locato, ꝙ de conſuetudine communiter iſtud ſeruatur, quẽ refert Corn. conſ. 67. in lit. B. lib. 2. & conſ. 165. col.3. in lit. G. eod vol. & ita iã plurib. annis in facti cõtingentia conſuluit collegium Papienſe inter Abbatem ſanctę Marię de Procalia, & quendam Beneuenutum Notariũ, cuius conſilij exemplum manuſcriptum ego habeo, in quo pluries dicitur hanc opinio-

hibitione ſingulari, in fauorem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ maioris (vt Gothofredus ibidem annotauit) & reliquarum venerabilium domũ ad eam pertinentium, contra huius contractus naturam, & conditionem. Quod vel ex eo manifeſtum efficitur. Si enim hæc contractus emphyteutici. per Prælatum, & capitulum celebrati, fuiſſet natura, vt ad extraneos hæredes deuolui nõ poſſet: prohibitione dict. Nouell. 7. cap. 3. deſuper facta haud opus fuiſſet:
9 quoniam † naturalia cuiuſuis rei, etiamſi de ijs diſpoſitio, vel mentio nulla ſtat, per ſe tamen ineſſe creduntur, argument. l. pacta conuenta, 72. ff. de con
10 trahen. empt. Adde † quod prohibitio dicti cap.3. iure nouiſſimo ſublata eſt, & conſtitutum, quod emphyteuſis Eccleſiaſtica in perpetuum, atque adeò omnibus etiam extraneis hæredibus concedi poſſit. Nouell. 120. capit.6. §. primo, & luculenter docui ad d. §. adeò autem, 3. Inſtitu. de locat. & conduct. num. 160. & ſubſeq. *Harpr.*

f *Quod non tranſeat.*] Ad idem vide per Ruinũ, conſ. 39. & latius conſ. 86. Card. Pariſ. in conſ. 85. lib. 4. Item quod non tranſeat Anchar. conſil. 134. plenè; item an tranſeat ad extraneos hæredes, vide Socin. in conſil. 266. columna 16. 17. per Dec. in conſil. 171. Curt. Iun. conſil. 4. & 130. Caſtrenſ. conſil. 230. lib.1. & omnino conſil. 190. Viſo inſtrumento, in 2. latiſſimè per Rip. tract. de peſt. n. 255. Corn. conſ. 76. vol. 2. Ruin. conſ. 117. & 161. vbi diſtinguit, Alex. conſil. 63. lib.7. Barb. in conſ. 63. vol.1. Emphyteuſis tamen Eccleſiæ non tranſit ad nepotem legitimum natum ex filio naturali, per Ruin. cõſ. 158. itẽ an emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat ad legitimatum? vltra Dec. in d. conſ. 171. & 164. vide per Afflict. dec. 386. Boer. deciſ. 123. Tiraq. tracta. de nobilit. fol. 200. nu. 17. & dixi in reg. meis in verb. legitimatus, plenius. Item ꝙ nõ trãſeat, quãdo ſumus in diſpenſato, & nõ legitimato, Ruin. conſ. 72. col.2. itẽ nec quãdo filij legitimi, & natu-

naturales haud fuere in tali legitimatione, ibidẽ. Sed an tranſeat ad deſcendentes? vide Iaſ. in l. Gallus. §. & ſi parentes, ff. de libe. & poſthum. in l. qui ſe patris. in gloſſ pen. C. vnde liber. & in l. ſi mãcipati. Cod. de col. Et hic ſcias, quod emphyteuſis Eccleſiaſt. conceſſa vni priuato, ſi de cõſenſu Eccleſiæ ille priuatus nouum faciat emphyteutam, mutat naturã ſuã, & reputatur ille emphyteuta priuati, per Ruin. cõſil. 168. & quod trãſeat ad filios, etiamſi de illis nil dicatur, vide per Crauett. in conſil. 151. col.2. Brun. in tract. quod ſtan. maſc. exclud. fem. 8. q.1. nume. 22. Dec. eod. conſ. 171. nu.4. Ruin. 4. & 16. Et vide per Anch. conſ. 125. qui vult, quod nõ tranſeat etiam in caſu teſtati. Gozad. tamen conſ. 20. voluit contrariũ: vnde vide per Soc. Iun. in conſ 104. lib.2. in princ. & per Boer. deciſ. 17. item ſi filia renunciauit patri propter fratres bonis, & mortui ſint fratres, quod renũciatio tali caſu haud proſit Eccleſiæ, vide per Crauet. conſ. 291. col.3. Et maximè, quando non apparet de inſtrumento emphyt. quia fit ad filium, quia prę ſumitur Car. Pariſ. in cõſ. 85. vol.4. Emphyteuſis Eccleſiaſt. quod tranſeat ad hæredem inſtitutum in re certa, & ad eum etiam qui fuit inſtitutus in quinque ſolidis, dummodo ſit de liberis excluſo hærede vniuerſali extraneo, vide per Ruin. conſ. 158. ſed fallit, vt per eund. conſ. 186. col. fin. Et in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quando ſumus an valeat ſtatutum diſponens ſuper eius ſucceſſione, & ſuper domino eius? vide per Ruin. conſ. 149. vbi etiam in eo caſu attendatur magis pactum ſtipulatoris, quam ſtatutum. Et an emphyteuſis Eccleſiaſtic. accepta pro ſe, & filijs & nepotib. ſi ex ipſis vnus ingrediatur monaſterium reuertatur ad Eccleſiam? vide Ruin. conſ. 151. num. 22. vbi quid ſi adeſſet pactum, quod nõ tranſeat ad monaſterium. Et quid de emphyteuſi priuati, an trãſeat ad Monaſterium, ſi emphyteuta ingrediatur monaſterium? Anchar. cõſil. 156. Quæſtio talis eſt, cum duobus ſequẽtib. vbi quod etiã ſi tranſit, quãdo mutet naturam ſuam, & dici-

nem proculdubio eſſe magis communem, Contrariam vero ſententiam, ſcilicet, quod imò Emphyteuſis Eccleſiaſtica, tranſeat etiam ad extraneos hæredes, multi etiam tenuerunt, &, quod plus eſt, Imola in d. l. quod dicitur, poſt nu.8. verſ. Circa primum vero. ff. de verbor. obligat. ſibi ipſi cõtrarius, dixit, quod hæc eſt cõmunis opin. glo. & Doctorum, quem refert, & ſequitur Corn. conſ. 131. in littera Q. lib.2. & conſil. 173. in littera L. eo. volum. Idem ſenſit Ziliolus de Cautellis inter conſilia Anchar. conſ. vltim. num.8. quod eſt ſubſcriptum à multis illuſtribus viris illius temporis. Idem atteſtatur Alexan. pariter ſibi cõtrarius conſ. 189. poſt num. 19. verſ. Secundo reſpondetur, lib. 2. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Corn. conſ. 13. in littera B. lib. 3. quem refert compater meus Crau. conſ. 251. num. 3. in fin. licet ipſe nihil firmat. Refert etiam, & ſequitur Pariſ. conſ. 84. num.4. lib.4. & dicit Pariſ. in conſ. 85. num. 17. lib.4. quod ita firmant communiter doctores; & dicit Soc. conſil. 166. nu. 33. in fin. lib.2. quod hæc eſt magis communis opin. maxime modernorum Doctorum. Sed aduertẽdum eſt, quod fere omnes Doctores proxime allegati loquuntur in caſu, in quo emphyteuſis Eccleſiaſtic. eſſet conceſſa ſubſiſtente legitima cauſa, & interuenientibus debitis ſolemnitatibus, quæ in rei Eccleſiaſticæ alienatione requiruntur ex diſpoſitione d. c. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. Tunc enim ex quo res Eccleſiæ de ſui natura poſſũt illis interuenientibus alienari in totum, & in quocunque, videbatur dicendum, quod emphyteuſis ita cõceſſa tranſire debet etiã ad extraneos. Et ita vltra præallegatos hanc opin. dicit eſſe communem Por. in §. adeo. Inſtit. de locato. prout illum refert Curt. iun. conſ. 4. nu.1. refert etiam Gratus conſ. 55. nu. 28. lib.1. & Didac. in d. cap. 17. verſ. Quarta concluſio. licet ego illum non inueniam ibi atteſtantem in hoc articulo de communi opin. præſertim nu. 3. vbi loquitur in hoc propoſito. Idem dicit Pariſ. in d.c. in præſentia. nu. 108. Et ſecundũ hanc opin. dicit Afflict. deciſ. 386. poſt num.7. quod vidit in conſilio Regis Ferdinandi Primi iudicatum, quod emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa ſeruatis ſeruandis, & canonice pro ſe, & hæredibus, tranſiret ad hæredem inſtitutum in teſtamento, excluſa Eccleſia. Quod eſt notabile verbum, propter auctoritatem illius ſacri Conſilij. Et ſic vides quãta in hoc articulo ſit controuerſia inter Scribentes. Breuiter, quãdo in conceſſione emphyteuſis Eccleſiaſtic. non ſunt adhibitæ debitæ ſolẽnitates, quæ in totali alienatione requirũtur, proculdubio tenendũ eſt, huiuſmodi emphyteuſis ad extraneos hęredes nõ tranſeat. Et in hoc omnes cõcordãt vt dicit Curt. iun. in cõſ. 130. n.4. in fi. Quando vero interuenerunt dubię ſolẽnitates, nõ poteſt negari, quin paſſus ſit ualde periculoſus: ego tamen in iudicando, aut conſulendo ẽt hoc caſu non auderẽ recedere ab illa opi. quod nõ tranſeat ad extraneos, quam abſque controuerſia arbitror eſſe magis communem, licet in puncto iuris forte contraria ſit verior.

7 *Et certe ego non video, quomodo Doctores tenentes hãc opinionem, quod ſcilicet emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus non tranſeat ad extraneos hæredes, probent illud ſuum præſuppoſitũ, adeo per omnes decantatum, & ſuper quo fundatur tota eorum concluſio, quod ſcilicet de ſui natura, emphyteuſis Eccleſiaſtica non ſit tranſitoria ad extraneos hęredes: nam de iure canonico hoc nullibi diſpoſitũ reperitur, ſed ſolũmodo prohibetur cõceſſio in emphyteuſin perpetuam ſine debitis ſolẽnitatibus, ſicut & aliæ alienationes ut in c. nulli. de rebus Eccleſię non alien. et in c. conſultiſſimo eo. tit. lib.6. quæ prohibitio generalis eſt, et vniformiter prohibet illius conceſſionẽ in deſcendẽtes, ſicut in extraneos. Tex. autem in §. emphyteuſin. in Auth. de non alien. ſuper quo omnes ſe videtur fundare (pace tãtorum patrum) non meretur allegari in hoc propoſito: cum enim ſit diſpoſitio principis ſecularis circa res Eccleſiaſticas, certum eſt, quod etiamſi ſit Eccleſiæ fauorabilis, non eſt attendenda, vt eſt indubitata, et communis omnium Doctorum opin. in c. Eccleſ. S. Mariæ. de conſt. de qua dixi ſupra lib. 1. §. 1.*

Nec dicatur, ꝙ imò, lex Imperialis fauẽs Eccleſijs valet & cẽſetur approbata per Papã, niſi canõ ſit in contrarium, licet ſecus ſit in cõſtitut. inferioris, quia hoc procedit, quãdo lex eſſet general. ſimpliciter aliquid diſponẽs, ſed quãdo in ipſa lege ſpecialiter aliquid prohibetur, vel diſponitur, circa perſonas, vel res Eccleſiaſticas, tunc oẽs concordant, ꝙ non valet, neq; ligat ex notorio defectu poteſtatis, vt dixi in d. §. 1. & ideò nemine diſcrepante cõcluditur in dict. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, quod totus titulus, C. de ſacroſan. Eccleſ. & de Epiſ. & cler. eſt nullus, ex quo diſponit circa perſonas, et res Eccleſiaſt. in quibus Imperator nullam habet poteſtatem, et tamen ille titulus continet leges Imperiales, & non Principis inferioris, prout etiam hanc eße communem opin. atteſtatur Gratus conſ. 110. num. 50. lib.1.

Et ſi dicatur, vt dicit Aret. ꝙ ille §. emphyteu. videtur receptus, et canonizatus per Pap. in alleg. c. nulli, vbi ẽt cõminatur pęnas à conſtitut. Leonina cõminatas, quæ conſtitutio Leon. dicitur eſſe l. iubemus, C. de ſacroſ. Eccleſ. ad cuius interpretationẽ præſupponitur factam fuiſſe cõſtitut. Iuſtiniani poſitã in Authent. in qua eſt §. ille emphyteuſin, dico, ꝙ hæc conſideratio Aret. (cũ reuerentia tanti Doct.) videtur nimis ſubtilis, nec poteſt meo iudicio ſuſtineri; inprimis enim dici poſſet, ꝙ imò illa cõſtit. Leon. de qua loquitur tex. in d. c. nulli. nõ eſt l. iubemus, ſed cõſtitut. Leonis Pap. de qua 12. q.2. et hoc dicere non eſſe peccatũ, vt dicit Io. And. in d. c. nulli. in vlt. verbis, ſed poſito, ꝙ Papæ ſenſerit de l. iube-